



# De Vrinarum ac pulsuum iudiciis

<https://hdl.handle.net/1874/456811>

# DE VRINARVM AC PVLSVVM IVDICIIS, THEO-

PHRASTI PARACELSI HEREMITAE VTRIVS,  
que Medicinæ Doctoris celeberrimi Libellus, suis Discipulis  
Basileæ, cùm ibidem publico stipendio maxima om-  
nium admiratione Medicinam doceret, Anno  
1527. in diebus Canicularibus  
priuatim prälectus.

Eiusdem Physiognomia, quantum Medico  
opus est,  
Omnia typis ac annotationibus vndiq; illustras-  
ta, & in gratiam Paracelsicæ Medicinæ studio-  
rum nunc primum publicata.



Cum gratia & privilegio.

COLONIAE,  
Apud Hæredes Arnoldi Birckmanni.

Anno D. M. LXVIII.

LAVS DEO, PAX VIVIS, REQUIES AETERNA SEPVLTI.



AVREOLVS PHILIPPVS THEOPHRASTVS

ALTERIVS NON SIT, QVI SVVS ESSE POTEST.  
ONNE DONVN PERPECTUVM A DEO, IMPERE A DIABO.

THEOPHRASTI BOMBASTII  
AB HOHENHEIM EREMITAE, VTRIVS-  
que Medicinæ Doctoris, de Vrinarum  
ac Pulfuum iudicijs, libellus.

PRAEFATIO.



Vniā sāpē discipulorum quidam horten-  
tur, ac precibus planè contendunt, vt libellū  
de Lotio inspicio conscribā: quod quidem  
auditores candidissimi tum vobis gratificās  
tum posteris consulens, plane mea sponte ac  
lubens id oneris suscipiam. Idq; otij quod per aestinas iam fe-  
rias non litteris, sed genio alijs indulgendum concessum  
est, huic ego labori, ne vllum sine linea (vt aiunt) diem transfi-  
zamus, impendam. Gratificari autem vobis volebam, par-  
tem ut vel hoc quoq; obsequio studiosissimos mei demererer,  
partim etiam, vt in multis alijs, dexteritati ingeniorū con-  
sulerem. Quis enim nescit quam frigidē medicorum vulgus  
haec tenus vrinarum iudicium tractauerit, qui, præterquā quod  
venumeris somnijs suis de humoribus alijsq; id genus tech-  
nias chartas implent, optima quoque adolescentum ingenia  
profere ijsdem obruiunt, adeo vt vel tota viri ætas huic saltem  
lotij ratione quedam certo quodā ordine, & vt succinctius,  
vix verius distribuere: id quod facile veteranostris confe-  
rentes indicabunt. Hoc tamen beneficij loco ducam, vt cul-  
tioris lingue studiosi, si quam alicubi vocem cæteris eruditio-

4 DE VRINARVM IUDICIS  
ribus minus receptam usurpemus, id factum persuasum ha-  
beant, quo & colorū rationem, quæ hoc in loco desideratur,  
& rei proprietatem expressius delineari queam. Insuper si  
quid obscurius eque occurrit, id nostra quantulacunque  
industria inexplicatum haud sinam. Sed ad rem ipsam.

## CAPVT I.

Vrinæ definitio ac diuisio.



Rinam in tres, exteriorem scilicet, cruoris, & permistā, partes distractā, nihil aliud esse, quam salem ab ingestō nutrimēto segregatū, & quodam trium primorum excrementorum à natura neglectum, definiā. Quæ siquidē peculiaribus his separandi, cōcoquendi, siue digerendi expellendiq; facultatibus in quolibet triū principialium membrorū vtitur. Singularū igitur factū cuiuslibet membra vrina tum prosperā, tū aduersam hominis valetudinē indicat. Porro hac ex ijsdem iam separatæ vrinæ, iam digestæ cognomentum accipit, expultricemq; vim recte habere, tum color eius, tum æqualis ille modus symmetriæ declarant. Quo fit etiam, quod in tribus proximis capitibus de vrina rectæ valetudinis iudicatrie, dicere statui, quòd facilius aduersæ notas in sequentibus deprehendamus.

CA-

LIBER PRIMVS. V DE

CAPVT II.

*De vrina, quæ facultatum Stomachi  
habitum declarat.*

Separandi facultas ventriculi, quæ & primū ob-  
tinet inter reliquias locum, coloribus vrinæ di-  
noscitur. Nam separato iam sulphure crudo, co-  
lor seu tinctura Topazio similis, aut potius Colo-  
phonia spissitudinem referens, in stomacho rema-  
net, quæ si refert vrina, hac quoq; parte separatio-  
nem iustum esse non dubitamus. Quod si vel salis,  
vel Mercurij colores in ea vicerint, corruptam &  
minus sanā iudica. Sani enim hominis vrina solo  
Sulphure tingitur: at aliorum alia ratio est. Si qui-  
dem absolutam salis separationē, huius particulæ,  
tum hypostasi exactè cōcinnata, tum colore inter-  
fusum medio ac cœlestem cognosces. De Merku-  
rio non aliter cendum, quippe qui ex suo inge-  
nio grauis, fundum petēs, supremæ tamē parti vri-  
nae & substātia & colore similis existit, eiūsq; proin  
de separationem quoque rectam commonstrat.

Concoctionis autem hæc sunt. Vrina in substā-  
tia & calore perspicua Sulphuris, hypostasis autem  
cœlestis coloris & pellucidi, salis exactam digestio-  
nem reddit. Pari modo vbi ea quæ fundo continē-  
tur ac hypostasis summaq; vrinæ pars iusto dissidet  
inter uallo, tum Mercuriū abundè coctum dicito.

## DE VRINARVM IUDICIIS

Expultrix inde facultas non negligenda, quam  
planè nulla prorsus parte excessisse, vrinæ quanti-  
tas vnà cum hypostasi demonstrant: illa quidem vt  
modum seruet, hæc verò vt tertiam vrinæ ex iue-  
nibus partem, ex decrepitis autem quartam obti-  
neat. Quarum si vnam comperies diminutam, mi-  
nus rectè habentis indicium est. Ex his tandem ad-  
uersa, quæ stomacho accidere possunt, iudicabis.

## Caput III.

*Desana vrina Hepatis ratione.*

Iecinoris bonū habitum his notis deprehendes,  
vt ea, quæ in vrina continentur, diaphana, cla-  
ra & perspicua reuceant. Atq; ea in primis lauda-  
tur vrina, quæ radios in medium transfusos refle-  
ctit, Sulphurq; optimè separatum à iecinore com-  
monstrat. Simili ratione hypostasis ab alijs discre-  
ta, lucemq; in altum transfundens, salē in hepatē  
separatum testatur. Quod autem in fundo rema-  
net, si in tantum lucidum fuerit, vt radiceus per  
vtrumq; fundum appareat, Mercurium ad amul-  
sim separatum denotat.

Concoctio, seu decoctio his notatur signis. Qui-  
dam vrina densi ne sit coloris, vt vel agitata luci-  
diorem perpetuo seruet habitum, quæ Sulphuris  
cocti indicium præbet. Idē quoq; hypostasis com-  
motione non dissoluta de sale portendit, Porrò  
quod

## LIBER PRIMVS.

7

quod fundo residet fixum, nec in minimas quasq;  
distractum partes, Mercurium scilicet optimè dige-  
stū significat. Adhęc quę in vrina continētur simul  
quidem numero tria, ordine & situ egregiè compa-  
gna, facultatibus nihil deesse ostendunt.

## CAPVT IIII.

*De vrina Renum habitum declarante.*

Colore, hypostasi, ac his quę fundo cōtinentur  
rectē se habentibus, nec quauis turbatis agita-  
tione, nullā omnino defecisse facultatū in renib;  
affirmabimus: et si hoc loco, iusto tamē retento si-  
tu ac ordine, eorum quātitati nō nihil detrahitur.  
Hactamen epilogi vice à nobis subiçienda, sanæ  
omnino vrinæ indicia esse hypostasim & porosam  
& symmetria non excedentem, cui & color, qui ad  
latus vtrumq; pertensus, summaq; eius parte defi-  
nitus sit. Tandem quidquid reliquorum inciderit,  
inauspicatum censeto. Hęc de vrina sana dicta in  
præsentiarum sufficiant.

*Sequuntur Annotationes, & priorum capitum  
declarationes.*

 Vo tēpore, quóue pacto vrina sit colligē-  
da, & mittenda Medico. Notandū quod  
ea vrinā quæ à cibo statim colligitur iudi-  
cio nō sit cōueniēs. Nā cū nutrimenta primū in sto-  
machū veniūt aquositatē quandā superfluā ejciūt  
ad ve-

8 DE VRINARVM IVDICIIS  
ad vesicā, ex qua nihil iudicari potest. Nec secundas  
rio electa valet admodū, quę post duas vel tres ho-  
ras ejicitur, nā tum Epar suam ejicit aquositatē ita  
quoq; in renibus. Sed quarta quę sequitur, quātu-  
lacunq; sit, colligēda est: estq; vrina vera, ex qua Me-  
dicus quidquam iudicare potest. Quod si quis per  
noctem nō mingat, opus est eam accipere quę ma-  
ne mittitur, eaq; sit spumosa, nec admodum colo-  
rata (cui condonandum erit) nam venit ex vrina  
vera & aquositate. Notandum quoq; eam vrinam  
quę interdiu exit, coloratiorem esse ea quę noctu.  
Item famelici citius poterunt vrinam dare quām  
cæteri, id est ij, qui statim fame afficiuntur. Hæc de  
vrina exteriori. Cruoris vrinā si percolligere vo-  
lueris, opus est vt nihil comedas nec bibas, aut sal-  
tem siccum panem, aut siccā carnem, vt est al-  
sata, & tunc colligitur eavrina, quę postmediā no-  
ctem venit, tamen ante septimam. Quod si contin-  
geret vt patiēs laboraret aliquo morbo acuto, qui  
nihil quidem comedit, sed interim largiter bibit,  
is admonendus est, vt vnica saltē nocte nihil bibat,  
quo vrina certa cruoris colligi possit, alias eñ fal-  
sificaretur vrinæ iudicium. Nam etsi & à cibo, & à  
potu abstineas, tamē natura per se ipsam quotidie  
dat suum cruentum. Ea enim quę sunt in natura mi-  
neralia, hunc cruentum quotidie mittunt. Hæc  
de colligenda dupli ci vrina dicta sufficiant. Nam

## LIBER PRIMVS.

9

non admodum refert, quo tempore permisā col-  
ligas vrinam, quamquam & eo modo colligicon-  
fultum est, quo exteriorem.

### In caput I. & II. Annotata.

V Rinā ante omnia triplicem esse, vt præsciat, o-  
portet: Exteriorem scilicet, Cruoris, & Permi-  
tam. Primum igitur de vrina exteriori.

Exterior vrina prouenit ex ijs, quæ aut come-  
dimus, aut bibimus, id est ex nutrimētis. nec quidquam  
aliud indicat, quām quod ad stomachū, hepar, aut  
tenes attinet. Dicitur quoque; vrina tartari, cō quod  
venit ex tartaro coagulato, putrefacto, aut ex op-  
eratione. Estque; duplex, sana, & non sana.

Sana, cūm tinctura Sulphuris adest, nec tamen  
semper aur ea est, nam quandoque flaua, interdum  
pallidior quodam modo videtur.

Vrinatartari dinoscitur ex circulo. Nam si is est  
vnicus plumbei coloris, signum est certissimum  
tartararum vrinarum. Indicat autem hęc vrina se-  
parationē scilicet eam, quæ fit in tribus principali-  
bus membris puri ab impuro, digestionem & ex-  
pulsionē, qualiter factę sunt tres prime, id est Salia  
Mercurius, & Sulphur in qualibet vrina dinosci  
possunt. Hypostasis enim Salis qualitatē, tinctura  
Sulphuris, fundus Mercurij denotat.

Notandum tamen, vrinam tartari nullam mi-

B

nera-

io THE. BOMB. DE VRIN. IV.  
neralium ægritudinem indicare, sed solum tarta-  
ri, quæ ad stomachum, hepar & renes spectat.

*De vrinæ quantitate.*

VRINÆ quantitas notanda quantum ad virtutē  
expulsuam, estq; secundum quantitatē pot-  
tus & escæ, animaduertenda. Si vrina est multa &  
pallet (deficiunt quædā) quod archicitas, id est pro-  
pria

# LIBER PRIMVS.

ii

pria natura stomachi deficit, & nimium sumptum  
fuerit de nutrimento.

Sihypostasis alba est, vrina est falsa, & omnia iudi-  
cia ex ea itidem, si nihil dinosci potest in illa.

Similiter ex vrina crapulosa non est multum iu-  
dicandum, cum non habeat perfectam digestio-  
nem, separationem & expulsionem. Est enim sicut  
vrina Archelai equiaca, eò quod secundum quod  
edebat & bibebat etiam mingebat. Et hæc vrina di-  
citur permista, quæ ex duobus circulis dinosci-  
tur, sitq; cum salia expellunt sua excremēta, esum  
potumque, & componitur ex exteriore & cruo-  
ris. Hæc de permista.

Notandum de fundo vrinæ exterioris, quod  
semper debet esse spissior aliquātulum quam su-  
perior pars, tamen perspicuus & diaphanus.

## In caput III. & IIII.

Si digestio iecinoris bene perfecta est, non tan-  
git inferiorem fundum fundus superior.

Sihypostasis in superiore parte lata est, deficit  
in virtute expulsiva. Nam hypostasis debet sur-  
sum in acutum vergere, acumine superiora tange-  
re.

Vrina fit aurei coloris, bene separatione facta  
in renibus: quod si fundi nō bene dinosci possint,  
signum malæ separationis.

B 2.

Fundi

12 THE. BOMB. DE VRIN. IVD.

Fundivero bona clarificatio, & cum duplex sit reflexus ad manum, unus pallidior alio, tamē utriq; flavi, bonæ est separationis. Item cum vrina nō est spumosa, oder gestig.

Notandum quoque, quod vrina in renibus primis recte coloratur, & quātò, coloratior existit, ad aureumque colorem proprius accedit, tantò melius separationis factæ signum est. Observandum hoc quoque, spumam in exteriore vrina significare absoluē podagram, nec quidquam aliud.

De vrina ætatum & sexuum.

**V**RINA iuuencularum semper sunt habiliores, quam in iuuenis.

Hypostasis fit longior, minutior quodam modo, & in totum subtilior: iuuenum semper crassior.

Illarum dat in fundo adhuc paruam hypostasin, quamuis non bene animaduertentibus videatur continua cum superiore, & hanc hypostasin matrix propriā, verū dat minutissimā, attamen discretam, quod tum in virorum vrina non est, & est signum mulieris sanæ & fœcundæ. Menstruo autem deficiente hæc hypostasis abit, & est signum olim fœcundæ, quamuis postea semper sentiat gravitudinem & lassitudinem, tenditq; hypostasis earū ad

## LIBER PRIMVS.

13

ad albedinem, estq; circa vitrum circū circaplumbata, vt circulus, quamuis ea nihilominus mulieris fiant sanæ, sicut in viris. Nam ibi vrina eadem debet permanere, nisi in omnino senibus, vbi color res quoque alterantur.

Si pallidior fit tinctura Sulphuris, hypostasis quoque indies fit minor, quod quidem debilitati eorum ascribendum est, non senio.

Si vrinam diuferis in quattuor partes, tres tantum partes sunt iuuenum, quarta est senum &c.

Verum, vt semel concludamus, vrinæ perfectæ sane signum certissimum cum egregiè turbatur & mouetur à medico, & spuma ex motione caussata statim abit, hypostasi decenter in medio stante, & fundo bene se habente.

In mulierum quoque vrinis cum mouentur, ita sunt paruæ bullæ intra istas duas paruas hypostases. Et hoc certissimum signum vrinæ muliebris. Hæc de vrina  
sanæ dicta sint.

(. . .)

Finis tractatus primi.

**14** THEOP. BOMBAST. DE VRINA-  
RVM IUDICIIS TRACTATVS SECUNDVS,  
qui est de vrina non sana, Tartari ac  
Rubini exteriore.

*Tractatus II.*

*De vrinæ non sanæ diuisione, eiusdemque subdiviſionib⁹  
bus ſcilicet tartari, rubini, alcalitæ, ſcateæ,  
tr emulæ, feculæ, formulaeque.*

**CAPVT I.**

**N**ON temerè Hippocrates medico pru-  
dentiam futurorumque cognitionem  
necessariam arbitrabatur. Quandoqui-  
dem ſolius ſit medici, prudentis quidem atque ex-  
ercitati, hominis naturam ac partes, earundemq;  
tum proſperam, tum aduersam nouifffe valetudi-  
nem. Cūm autem illarum quædam in profundis  
corpusculi latibulis ſitæ, non niſi excrements di-  
noſci queant, ea hic stylo ac ordine prosequi ani-  
mus eſt. Primum autē vrinarum, quæ aduersæ va-  
letudinis principalium membrorum, id eſt stomati-  
chi, iecinoris, & renum notas, habent. Aliæ enim  
ſunt tartari, aliæ nutrimenti.

Quæ tartari eſt, prorsus trifariā diuiditur. Nam  
aliam congelatis, ac id genus, quæ & ſolum mem-  
bris

# LIBER PRIMVS.

15

bris concoctioni destinatis continentur, ascriben  
dum puto, Alcolitaque hæc appellatur, quod tar-  
tari iudicia exactè ab ea dependent.

Alia in super putrefactionem tartari, quæ & il-  
la affecta sunt membra, monstrat, & Scatea di-  
citur. Hæc enim & vniuersæ putrefactionis & al co-  
litæ iudicium ad fert.

Tertia tremula est, & hæc tum opilationes, tum \* Alcolita  
morbos ex eadem natos in dictis partibus, sagaci igitur urina  
tquidem medico prædictit.

Quæ autem rubino, id est nutrimento, quod ab igitur urina  
iis, que regerimus, separatur, itidem est duplex. quedam mi-  
nus, que dicitur fecula, à fecibus, & est cum vri- nute dis-  
nacorrumpitur seu frangitur, signum nutrimen- soluta conti-  
tum in hepate iacet, ut debet, nec tamen attrahi net alia in  
tur à membris, caret enim virtute attractiva. strat. Seatea  
Altera dicitur formula, à forma persina, & est à excretis  
cum vrina exit suo colore proprio ut ochro colo- stercore di-  
re, id est leibfarb, aut rubea, signum exitus rubini etia. sic Fecu-  
vna cum vrina. \*

## Typus prædictorum.

Prima non sa- nat iudicia ha- bet duplicita; aut enim	Tartari, triplex	{ Alcolita Scatea Tremula } que { Cogelationem Putrefactione Opilationem }	{ signi- ficationem re- ficit, leib- farb rot- signi-farb.
	Rubini, duplex	{ Formula Virtutis attra- ctiue defectu }	{ signi- ficationem re- ficit, leib- farb rot- signi-farb.
	Fecula	que { Rubin: exitu }	{ signi- ficationem re- ficit, leib- farb rot- signi-farb.

In

16 THE. BOMB. DE VRINA. IVD.

*In caput primum annotationes.*

**V**RINA non sani hominis duplex est, Tartari, & Rubini, id est nutrimeti, quod ab ijs separatur quæ egerimus vtpote a stercore & vrina. Tartarus dicitur, quidquid generatur ex eo quod nō rubinisch est. Vrina tartari indicat omnes suas z- gritudines, aut ex eo promanantes, vt pote lapide, calculum, grise.

In summa omnes congelationes in tribus membris principalioribus. Et est triplex: quædam diciuntur quæ excrementis, nec quidquā aliud est quam excrementum, cuius signum est alcohol, id est tar- tarus resolutus in minutis partibus, id est sal resolu- tum, & fit multipliciter.

Aliquando enim exeunt cum vrina granula al- ba, aliquando in vrina videtur vsnea, aliquando pruina, vt in matulis est videre, cum arena in fundo iacet.

Verum si occultatur hæc calcola, videtur in vrinæ weisse feserle als zerschnitten baumwol, non nunquam exit in liquorem, & dat in fundo spissitudinem quandam, quæ omniū pessima, vt mucilago quædam, letich schlum, estq; certum signum lapidis in ve- sica aut calculi. Item cum permittis vrinam ad se- xtas vel septimas horas stare in matula donec in- frigidetur, vides quo pacto se appédet in matula, & est

## LIBER SECUNDVS.

17

& est alcohol pruinosa seu vsnea, quæ in vrinali  
poterit videri.

Scatea dicitur secunda tartareæ vrinæ species,  
à fœtore nomine sumpto, estq; indicatiua om-  
nium, quæ ex tartaro putrefactionum, eiusque  
signum Scatea, id est fœtor vrinæ. Inde iudicatur  
trium principalium membrorum putrefactio-  
nes, quiq; ex ea putrefactione generantur mor-  
bi. Sapor quoque pertinet ad signum scateæ, vt si  
falsa, acuta, sua habet quoque signa.

Tremulam tertiam appellant, & est cùm  
vrina ponitur ad mensam, aut alium locum non  
mobilem, & tamén vrina per se ipsam semper mo-  
uetur, & adscendens descendensq; quasi bullire vi-  
detur, signum opilationum & ægritudinum ex ijs  
proueniunt indicijs. Rubini species ex textu clare  
sunt. Item notandum, si vrina admodum lactea  
existit, nec partes conuenientes habet, signum  
tartari resoluti, & exit maximo cum dolore.

*De acolitarum, & signis, cuius sequens  
tabula partes declarabit.*

## CAPVT II.

C Alco-

18 THE. BOMB. DE VRIN. IVD.

	Stomachi Hypostasi	Orexim Compressuram
	Hepatis Diuulsione	Arsuram Compunctionem
Alcolita aut designat tar- tarum		Sitim uechementem
	Renum Sedimine	Compressuram Grandinem Vsneam Fruinam Calculum
		Significat.

*Annotationes in hunc typum.*

IN primis notandum, quod omnes ægritudines quas alcolita indicat, opus esse aut stomachi, aut hepatis, aut renum. Hypostasis semper indicat tar tarum in stomacho. Diuulsio, in hepate. Sedimen, in renibus.

Diuulsio est, cum hypostasis vrinæ hinc inde est diuulta, & quasi gewulct hinc vnd her.

Sedimen est fundi, & est quasi nebula, aut vt spis sa nubes in fundo residet.

Hypostasis si alcolitæ est, est porosa, iacetque in vno loco, & in alio non, & in poris seu foraminibus istis iacet alcola, id est die fesserle. Signum tartari in stomacho, & poterit iudicium esse arsurę stomachi, orexis, aut compressionis in furcula pectorali, quę debent prædicti ægrotantibus.

Quod

## LIBER PRIMVS.

19

Quòd si hypostasis fuerit rubea, **roth farb**, signum vehementis morbi, ac doloris in stomacho, Quòd si ea cadit frustulatim ac diuulsa quæ foraminosa, signum tartari in hepate, inde compunctiones, id est dolores in latere dextro. Quòd si ea diuulso fuerit rubea, signū vehementis morbi, sitis semper adest, frigidique sunt in manibus. Quòd si diuulso fundum versus residet, significat tartarum in inferioribus regionibus hepatis, infra costas **hin ab**.

Sedimen cum fundo residet, tunc tartarum in renibus prædictum. Quòd si istud quoq; rubeū, morbus est vehementior. Item si vrina cum sedimine rubea, est pruinæ in renibus seu vsneæ signum, habent dolorem in spissitudine pedis superius, **oder in schlössen**.

Siautem arena cum sedimine exit, compressio nem in furcula pectoris iudicato. Dic enim non esse stomachi. Sed si grandines aut pruinam refert, omne est in renibus, & est generatio marmoris ruber secundum spagyros.

Sed vt hæc clarius innotescant, complicabimus horum aliqua. Vt, cum vrina alba, cum arena lapidem vesicæ indicat.

Hypostasis vero perforata, in qua & alcola, id est sefley continentur, drucken beinen significat.

C 2

Diuul-

20 THE. BOMB. DE VRIN. IVD.

Diuulsio hypostasis in qua & foramina & alcola dolorem dextrilateris. Quę si rubea vehementiam morbi, quem vel sitis, vel manuum frigiditas comitantur.

Hypostasis quę fundum petit, inditum doloris qui inter Hepar & Renes.

Si densum quid fundo latet, renum morbum. Quòd si rubet vehemētiorem significat. Im gruben drucken böſlich/hat böſen magen.

De forma alcolae in speciali, accidentia ab eadem signantur.

Caput III. Typus.

Forma	Resoluta	Alba, lactea, ut serum lactis, aquæ, & significat calculum ex lapillis, fit generatio ad lepidem.
	Rubea, subrubea, citrina, crocea, tincta, significat arenā & marmor den rothe stein/greif.	
Accidētia	Arenosa	Alba, ut farina, furfurea, significat calculum ex lapillis cum bolo.
	Mucilaginosa, bituminosa, uiscosa, tartari nō bene cōfetti significatiua, & plura alia (al. signific. tartaru nondū factū).	
Signa	Sanguis	Sanguis significat lesionem ex tartaro in alteram partem.
	Pus exulcerationem secundum locum. (alij, pus externum. Sanies putrefactionem secundum locum. Pus crassum sanies humida.	
	Restrictio opilationem cruxoris.	
	Externa	Emissio inuoluntaria, & significat ingressiōem p̄eros tartari.
	nata.	nata.
	Ab expe-	Ardor guttatus, & significat tartari acutatem.
	rientia.	Spiritus vrine, & significat cursum impossibil-
	sal	lem, cum priora cocurrunt ut mucilla-
		ginis.

ALCOLAE

## LIBER SECUNDVS.

21

*In typum hunc annotationes.*

**R**esoluta forma alcolæ cum prorsus occultatur, nec ullum priorum partium aut signum emittit, & tunc resoluitur tartarus & separatur ab vrina **sein hinweg** & discretus super alium significat.

Accipito vrinam ex vrinali, pone eam ad horas quatuor vel sex, tum videbis quod inspissatur, fit quedeinde tenax. Si vrina arenosa habet sedimen, si quid est futurarum grandinū, **wil sich ansezen:** si cum alba vrina albæ arenulæ, signum lapidis in vefica.

Mucilaginosa **schleimreich** / cum mucilago reperitur in vrina, venit aliquando ex spermate, quod si ea fuerit alba, signum vehementis lapidis: verum si aurea fuerit, potest esse ex spermate. Itē si arena cum mucilagine, plurimum lapidum, quamvis mucus ille non sit lapis, tamen lapidis indicium.

Sanguis si cum vrina, id est si tingit ut vrina cum funditur in aquam, signum quod tartarus venam aliquam aperuit in renibus, & tunc exit sine dolore, aliquando iterum consolidatur per se ipsam, aliquando iterum aperitur. Quod si frustulatum exit, signum sanguinis coagulati, quod nonnumquam hominem interficit.

C 3 No.

Notandum hic extra ordinem, cum sanguis funditur in aquam bene aduertendum, quo modo & quam diu sit, & quando mucus colligatur, & quando non, nam aliquando mucus exit, aut sit ut frusta.

Pus est exter / quod habet foetorem spissius, viscosus, tenacius, quam sanies.

Sanie est, quod quotidie ex sanie vel vlcere exit. Si pus est rubeum, scito morbos adhuc esse in renibus: si vero est album, tunc est in vesica. Sanies fit, cum vrina in se ipsa putreficit, iacet in vrina ut pus densum & clarum.

Restrictio est, cum vrina restringitur & opilatur, tunc est desudandum.

Emissio inuoluntaria, cum quis aliquando emitteat vrinā, nec sentit, signum tartari penetrantis per poros, nec recta ac cōuenientia via intrat vesicā (ali. emis. fit, quādo tartarus resoluitur & poros transit.) Ardor guttatus, cum quis guttatum mingit, signum tartari. Quod si alba, tendit ad calculum; si rubea, ad grandines.

Spiritus vrinæ aliquando pulcher est, nec in ea quidquam possunt reperire, attamen patiens labo rare videtur calculo, hac experientia est utendum. Vrina est distillanda, quod venit ex distillatione ponito in aquam frigidam, quod si ad fundū proiicit atomos, ut salis petri, & iterum adscendunt velociter

# LIBER PRIMVS.

23

lociter in vitrum, signum certum, (al. Spiritus vri-  
næ per distillationē, extrahitur in super in frigidū  
pone, & stiriam salis petri similem efficit.

Sal vrinæ, cum vrina stat per duos aut tres dies,  
ponit tartarum (vt nitrum facit) in matulam cir-  
cum circa, aliquando album, aliquando leibfarb/  
aliquando rubeum ubiq; in matula. Hęc duo signa  
sunt incurabilis casus, nisi arena, aut mucilago, aut  
alia prædicta signa accesserint.

*De Vrina Scatea, & putrefactionibus eius*

## Caput IIII.

### Typus.

Sulphure, & tres factores habet Fator urinæ in tribus con- finit, in	Picis Olei Sulphuris	Sulphur
Mercurio, & tres sapores ha- bet	Ireos Carnis Herbarum	Mercu- rius
Sale, & tres odo- res habet	Crudi salis Arsenici Spirituum	Sal
	Harum triū ma- teria peccans est	

### Loca vrinæ Scateæ.

Vrina foedita	Pallida Rubea Crocea Turbida	est	Stomaebi Hepatis Renum Omnium trium.
---------------	---------------------------------------	-----	---

*Annotat.*

*Annotationes in eosdem typos.*



Otandum quod in vrina duplex fætor est, ita quoque duplex putrefactio est vrinæ, corporis, & nutrimenti.

Si nutrimenti putrefactio est, tunc vrina putrefit sola, exit alba & fœtet. Sed si colores alios habet, tunc corpus putrefit & fœtet vrina.

Si pallida, non tamen lactea, tunc stomachi putrefactio, *stinctum der athem.* Si rubea & fœtet, est putrefactio hepatis.

Si crocea, renum,

Siturbida, id est nullum iustum colorem habens, tunc est putrefactio in omnibus tribus membris.

Quod verò ad odores attinet, obseruanda est experientia Medico.

Sivenit ex Sulphure, tunc medicetur ex thure, mastice, mirra, ut in Iliado.

Si ex Mercurio, per therebinthinam distillatam medicetur, aut per oleum philosophorū, aut per centaureum. Si ex salibus fœtet, fiat cura ex vitrio latiss. Vrina quæ olet ut stercus, sulphuream putrefactionem indicat.

Vt autem fœtores rectius intelligas notandum.

Picis est, cum pix sutorum comburitur super carbonem. Olei, cum proieceris ad ignem, habebis fœtorem. Mercurij odores omnino tendunt ad le-

pram,

pram, significant putrefactionem mercurialem  
fortem. Irreos violivurzen.

Carnis, sicut ius carnium. Herbarum, vt cum in  
troducitur foenum, aut cum prata accedis &c.

Quod si colorum quoque superiorum vnuſ  
accellerit, malum signum putrefactionis. Salis cru-  
dum proieceris super recentem prunam, nota-  
bis odorem fumi. Arsenici, facito quoque vt in fa-  
ce, est enim fermè sapor cæparum. Spirituum, vt  
vitriolum projice in ignem, fumi fœtorem ani-  
mauertito, & habebis spirituum fœtorem. Hæc  
devrina scatæ.

### De vrinatremula, & opilationibus,

#### Caput V.

#### Typus.

Vrinatremula	Loca	Stomachus	Habent urinam bellucidam, dia-
		Hepar	Sphæram absque contentis.
Accidentia	Spissa	Renes	
		Lucida	
	Mediocris		

30 THE. BOMB. DE VRINA. IVD.

*Annotationes in præcedentem Typum.*



Pilatio stomachi fit, cum via inter iecur & stomachum opilatur. & opilatum fit quoq; in meseraicis absq; contentis, id est stat ut pura aqua distillata. Nam omnis vrina debet aliquidegregij continere, vt hypostasin, liquorem, sedimen.

Vrina transflucida, si fuerit pallida, significat stomachi opilationem.

Quod si rubea, hepatis: crocea, renum. Sed dato in fundo coloris indicium est.

Vrina pallida cum spuma, signum paroxismi febris.

Rubea quoque cum spuma significat febrem. Quod si circulus clarus est, & car et spuma vt plurimum, signat pestem. Si turbida fuerit cum spuma, caretque contento, pleurisin significat.

Cum igitur nutrimeti vrina in vniuersum omnes indicare morbos non possit, visum est secundum hic Cruoris vrinam describere.

Vrina rubea carens contento, spissa, signum ad mortem. Nam cum natura morivult, definit digerere.

Cum

## LIBER PRIMVS.

27

Cum vrina corrumpitur, Medicus iam habet  
duo indicia. Vnum, cum esset integra: Alterū, cum  
iam corrumpitur.

Nec quando vrina in quinq; aut sex horis cor-  
rumpitur, iam non est sanitas, sequiturq; vt pluri-  
mum his phthisis, Ethica.

Loca iudicari in ea non possunt nisi arena con-  
curret.

Formuleam vrinam esse opus simile carni non  
pulmento, habetq; colorem carnis. His vt pluri-  
mum sequitur dysenteria, aut dianhæa.

Hæc de vrina exteriori dicta sint.

Alib, vrina sine spuma febrim,  
Turbida cum spuma pleurisin,  
Sine spuma & circulo pestem significat.  
Fecula brochen harm phthisin & hecticam.

Putredo } corporis  
Nutrimenti } vrina      alba fœditas.

Finis Tractatus Secundi.

## THE. BOMB. DE VRINARVM IVDI

CIIS LIBER SECUNDVS.

De vrina cruoris mineralium, & coloribus suis.

Caput I. seu Typus.

D 2

Vrina

Vrina eruoris tribus cognoscitur	{ coloribus, & hoc per membrum & locum substantia, per mineralium naturam Contentis per accidens & morbi qualitatem. Albus, nec tamen lacteus, & habet sanguinum nneam, & inde iudicantur morbi & capitii, & cerebri.	
Cerebri	Pulmonis	Ringel farb / oder leberfarb cum spuma, inde ea que sunt pulmonis.
Particularis membra, & sunt sex coloris:	Fellis	Flauus, oppositus albori cum spuma eiusdem coloris, inde ea que sunt fellis.
	Hepatis	Eiusdem coloris sine spuma hepatis.
	Splenis	Im braun ut crocus Martis cum modica spuma splenis
	Renum	Plus diaphana quam pulmonis, Splenii, Hepatis, & Renum, sed cum pinguedine.
Carnis, i. lacer Loturae carnium similis.	locus faecium	
Vicini membra, & sunt septem colores	Pinguedinis	Pallidus cum pinguedine in superficie
	Ligamentorum	Albus cum spuma perlucidior, spuma cerebris, spuma cum circulo albo.
	Intestinorum	Pellucide atq; distillate color, & plerumq; in medio
	Cartilaginis	Plumbeus cum ingentibus ampullis, cutis.
	Cutis	Idem color sine spuma.
	Sanguinis	Zigel farb / in fundo spissa, in summo clara, nec refert ullam urinam, interdum carulea, viridis, aliquando autem nigra.
Mucus	Sudor	Albus cum muco in fundo.
Ab excremientis	Fugilis	Tenuis cum orbelato & aquo,
	Lachrymae	Fugilis, Gelbe dinglen in urina.
	Stercus	Cerebri color, & bullulas habet.
	Vrina	Rubea cum spuma modica alba.
		Wetzelitisch / quod sit, cum ad tempus sufficit, corrumpitur, decoloratur.

LIBER SECUNDVS. 29

*De substantia vrinæ.*

CAPVT II.

*Typus.*

Spissa	Pulmonis	Hepatis	Renum	Cercbri	Splenis	Fellis	Cartilaginis	Intestinorum	Ligamentorum	Cutis	Carnis	Pinguedinis	Sanguinis	Phlegmatis	Lachryme	Vrinæ	subst� tia	Spissa	Diphathata
Substantia vrinæ propria	Et hoc secundum membrorum divisiones scilicet 7.	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	Lucida	Lucida
Diaphina	Diaphina	Vrinæ	Sudoris	Fugilis	Stercoris	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	Spissa	Spissa	
Spissa	Sana	Mala	Mortis	Media	Bona	Optima	Mortis Sanabilis	Electa	Bona	Angustia	ad Cri-	sin	Chronica	Fallax Incu-	rabilis.	Mala	Bona	Salutis	
Lucida	Vrinæ	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	subst� tia	
Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	Spissa	

D. 3

In

28 THE BOMB. DE VRIN. IVD.

*In typum secundum Annotationes.*

 Vbstantia vrinæ est triplex: Spissa, cum nō poterit per vrinam videri, fit cuiuscunq; coloris, (alij per quam visus nō transfundit. Lucida & Diaphina quidem ad manus, verum non procul (alij per quam manus apparet.)

Diaphina quæ tota est perspicua (al. per quam & panis visitur. Substantia vrinæ dicitur <sup>wie ein vrin an ihm selbst ist.</sup> Angustiæ, id est in periculo stat natura, secundum quod medicus ibi operatur, ita se infit, mus habet.

Ad Crisim, id est moritur eodē die quo Critizat. Chronica, id est tendit ad morbum Chronicū.

- 3 Bona, Nam curatur sine omni medicina.  
5 Fallax, mag woll vbelgeraten  
7 Interualli, id est non statim Critizat secundū regulam dictam.

# LIBER SECUNDVS.

De contentis Caput III. Typus.

31

Ordo contentorum libetur in tribus	{ Salibus	{ Aluminibus Vitriolatis Comunibus Plumosis	} per bullam	contenta tria		
Mercurialibus	{ Liquoribus succis Aquis Fixo Albo Rubeo proprio	} per pruinā } per circulū				

Contentum omne in vrina id dicitur, quod su-  
per vrinam iacet, vt Spuma, Bulla, Circulus. (al.  
Contēta sunt, quæ innatant vrinæ. Cætera omnia  
pertinent ad substantiam hypostasimq;.

In III typum annotationes.



VLLA in vrina est inditium, quòd  
morbis est ex salibus, eum morbū  
ventositates, item principium in co-  
lica iudica. Quòd si mulieris fuerit,  
suffocationem matricis portendit.  
(al.) Bulla dicitur, cum vnica est, aut duæ, vel tres in  
medio innatantes.  
Bulla si aliter fuerit colorata, (al. si alterius rei  
quam

32 THE. BOMB. DE VRIN. IV.  
quām aquæ colorē habent vt puta) si viridis, mor-  
bum caducum. Si rubea rot farb/ causoncæ aut Sy-  
nacham febrim indicat.

Sigel/Icteritiam.Bulla blaw/lepram significat.  
Cum duæ aut tres bullæ ad inuicem adscendent  
cum paruis bullis, vitiū capit is denotat, & est mor-  
bus fixus, nec descendit ad alia membra. Hæc est  
differentia Bullæ & Spumæ.

Quòd si bullæ duæ aut tres, id est blatern' sunt su-  
per vrinam, nec attingunt vitrum, tunc vera est  
bulla. Spuma autem hengt sich allenhatven an bullæ au-  
tem manet supra vrinam.

In spuma granulæ si fuerint admodum paruæ  
(al. minutissimæ ampullæ in spuma alba)paralysis  
signum(al. paralysis significat futuram)& quanto  
fuerint minores, tanto citius indicium est.

Quòd si hæ granulæ bene descendunt sub vrinæ  
circulum in vrinam, paralysis resolutæ ad ca-  
sum signum, aut casus iam facti, vt tamē ea spuma  
sit alba.

Si spuma non abit, sed diu remanet super vrinā,  
vitium pulmonis ex phlegmate in carnis eiusdem si-  
ti.(al. spuma quæ quattuor aut quinque horis non  
euanscit, pulmonis est.

Si spuma fuerit supra circulum, & dat ea spuma  
adhuc vnum circulum interius album, est spuma  
signum Apoplexiæ.(al. spuma quæ ex se circulum  
super

## LIBER SECUNDVS.

33

supra alium reddit, apoplexiā significat.

Quòd si spuma grosse blateren hat/ est signum plethoricum, id est mussigen vollen leibs/ quamuis nulla adsit infirmitas.

Quòd si bulla simul cum spuma fuerit, phtisis signum.

Quo si colorata flauo colore, principium est iæritiæ. (al. spuma colore tincta principium iæteritie.)  
Si spuma caua iacet & vitro adiacet, nec tamen tangit circulum, circulūsq; sub ea niger est, & spuma alba, signum mortis est. (al. Spuma alba, quæ circulo innat, & cum nigrum facit, mortis signum.)

Si spuma ob grauitatem fundum petit, & ibi reddit, tremorem cordis aut incubum denotat.  
Circulus venit ex sulphure.

Sialcola in circulo videtur, morbum Chronicum denotat.

Quòd si hoc contigerit in mulieribus, signum imprægnationis aut molæ matricis.

Quòd si circulus est coloratus varijs coloribus ut Iris, signum morbi caduci pessimi.

Si circulus ceciderit sub vrina, & sit proprius circulus lepræ leoninæ præcipue signum (al. circulum nō quidē plumbeū ostendēs vrina &c. sit circulus tantus & coadunatus alio, iacentq; paruæ granulæ in medio circuli, signum Apoplexiæ. (al. Circulus

E latus

34 THE BOMB. DE VRIN. IVD.  
latus, & in eo decem ad summum spumulæ gra-  
nulæ, indicant apoplexiā.

Sic circulus exterior viridis fuerit, signum Icte-  
ritiæ mortalis. Hæc de accidente circulo dicuntur.  
Itidem in suffocatione matricis, etiam est morta-  
lis.

Si cœlestini coloris, blaßfarb./vt fit sæpiissimè, so-  
lum est mulierum, tunc signum putrefactionis in  
matrice, quæ putrefactio tendit ad lepram.

Circulus dimidiatus paralysim in vno latere  
significat.

Sic circulus ac spuma, vel bullæ eiusdem coloris  
fuerint, morbum incurabilē demonstrat & Chro-  
nicum die fur vnd fur geht. Item in vrina sana ac bona  
vtrumque, si eadem tria ad inuicem cohærent, & si  
mul appendent, quod patiens in p̄cordijs & cir-  
ca pectus nullius caloris est, vrina etiam vtrumq;  
exeunte colorata.

Circulus spissus maximè, & etiā ipsa vrina spis-  
sior, & rubeus, aut laterini coloris, id est rotfarb/  
braunfarbe/ziegelfarbe/morbum lethargicum deno-  
tat iam præsentem, aut mox futurum.

Sed si clarus & vrina spissior fuerit circulo, hy-  
dropisim significat.

Si omnia cōtentia iacuerint supra vrinam, & sta-  
tim abeunt & resoluuntur in aqueum circulum  
& maioratur, signum hyposarchæ veræ,(al. Circu-  
lus

## LIBER SECUNDVS. HT

35

Ius cum spuma & bulla maior factus & spissior, hyposarcham significat.

Cum tribus digitis & vitro hinc spumeus circulus fuerit, in mulieribus impregnationem significat.

Quod si is circulus fuerit impregnatus, non boni partus, & defectus in matrice signum. (al. Circulus in nase semotus, impregnationis signum. Et si genuinū colorem non habet, imbecillem fœtum significat.) In medio vrinæ bulla cælestini coloris facta, lepræ præsentis signum est, & aliquando quoque alopecia.

Quicunq; laborant morbo S. Viti, habent vris pulchram subrubeam, & superius habent duplice circulum, ein brauen & flauum: superius & inferius aliud, & hoc quād diu paroxysmus ducat. (al. Circulus duplicatus, oben geelb/vnden braun/ signum morbi S. Viti.

In summa quidquid grauissimorum est morbo rum, ex contentis vrinæ eruitur.

Hec de vrina cruoris, & in ea accidentibus contentis di-  
stasint.

Tractatus I. libri secundi finis.

Tractatus secundus, de vrina permista, eiusq; conditionibus,  
pulsu & Physiognomia.

De permista conditionibus proprijs,  
& extraneis Typus I.

E 2

Vrina

36 THE. BOMB. DE VRIN. IVD.

Vrina permista quatuor conditiones habet.

A sua condicione duas	In coloribus sex	Rubea	quorum quilibet tres species	Diaphanum
		Alba		
In substance tenentur	In pulsu quo	Viridis	Lucidam	Spissam
		Citrina		
Ab extra-nea condicione duas	In accidens tib. ea quae dicta sunt de tartaro cu tribus signis ex terioribus	Nigra	habet	Spissam
		Violacea		
Vrina permista quatuor conditiones habet.	In substance tenentur	In substan-tijs tene-bricose	Membrorum exteriorum Laterum	Colli Temporum
		Spissa		
In accidens tib. ea quae dicta sunt de tartaro cu tribus signis ex terioribus	In pulsu quo	Diaphane	Oculis Naribus Externis Ore Coloribus	Cum suis signis
		Physionomia, à qua quinq; proprietates: ab ore, & hec quoq; à tribus		
In proportionibus, quarum quatuor sunt species	Bulla superioris partis exinanitione.	Aere, al. ore Loquela Anhelitu	Sua signa habent	Et hec indicant, quidquid supra dicta phragma est.
		Spuma iudicium superiore partis pletoricæ.		
In proportionibus, quarum quatuor sunt species	Circulus iudicium centro, id est umbilici & circa die hufft.	Bulla superioris partis exinanitione.	Sua signa habent	Et hec indicant, quidquid supra dicta phragma est.
		Circulus iudicium centro, id est umbilici & circa die hufft.		

In

LIBER SECUNDVS. 37

In eundem Typum commentaria.



N substantijs indicant hæ quiddam, an ægrotus in ictero sit necne, vt de tartaro, vt ex alcolita, scatea aut tremula, id est sedimē, cum à se ipso fundum facit.

Rubea vrina diaphana, id est roht durchsichtig.

Lucida halb roht tamen pot est esse diaphana. Spissa, alle rötest. Et sic de alijs quoque coloribus iudicandū. Viridis vrina diaphana, id est so sie gut grün signum doloris splenis.

Quod sitenebrae sunt aut nebulæ, superat morte. Itidem vrina viridis, signum febris quartanæ.

Sed ad rubeam iterum. Rubeæ vrinæ species indicat magnam caliditatem, exin quoque morbum calidum. Postea notandum substantia qualis sit, & portiones. Sitenebrosa fit vrina, signum salutis est. Si habet spumam, signum est quod morbus cum maxima repletione das folle da ist.

Alba contraria, & signat morbum frigidum, si est diaphana, id est lauter weiss signum vrinæ bona salutisq;. Silucida, sanior. Omnia verò saluberrima spissa. Notandum hoc quoque, certum esse signum mortis, cum vrina neque ad albedinem, neque ad rubedinem ganz declinauerit.

Quod si spumam aut nebulam supra vrinam

38 THE. BOMB. DE VRIN. IVD.  
dat, idem signum. Iudicantur autem potissimum  
ex hac vrina hydrops, & hyposarcha.

Citrina si habet nebulam spissam, mortis signum.  
Sispumam bullamue, iterum ad mortem venit  
ex superioribus partibus. Si sedimen habet, mori-  
tur ex renibus. Schia autem his scilicet. Nigra sine  
bulam habet, est ad mortem, si non habet, signum  
apostematis, quod expellit & abit.

Viola, id est blawfarb & diaphana, est ad mortem, si  
hominis infirmi fuerit: veru si sani, tendit ad lepram.

Lucida, id est braunlechter si in acutis, mors, si in  
Chronicis, signum salutis.

Sispissa, cuiuscunq; coloris signum salutis, nisi  
tendat ad lepram. Quod si nebulam habet supra  
spissam, id est trabe signum salutis.

Item de lucidis tenebris diaphanę &c, portendūt.

Sedimen si est album, tunc fluxus ex menstruis  
superfluus adest.

Si rubeum, restrictio eiusdem aut constrictio  
adest. Quod si sedimen ad fundum prorsustendit,  
nec rubeum est, nec album quod discerni possit,  
schiæ signum. Item cum à se ipso vrina fundum, id  
est sedimen facit.

Hæc de vrinis dicta sufficient: nunc de Pulsibus &  
Physionomia medica quædam annotationes se-  
quuntur.

DE

## DE PVLSIBVS.

 Ontingit se penumero, vt vrina sit sanitatis, tamen interim ægrotus malè habet: sunt igitur cætera signa salutis atq; moris attendenda, vt Pulsus, & Physionomia. primum igitur de Pulsibus. Cum igitur vrina ita fallit, opus est ut infirmū quoq; videoas, ac pulsum in quattuor locis teneas vtrum concordat.

Nam non sufficit pulsum brachiorum, aut exteriorum membrorum tangere.

Tangatur igitur primo membrorum exteriorum pulsus, vt manuum & pedum: secundo, colli: tertio, laterum: demum sub axillis, postea tempore.

Quod si pulsus simul concordauerint in se, res bene habet: si verò non, animaduertenda sicut sequentia inditia primæ figuræ seu typi declarant.

*De Pulsibus, id est animæ motu.*

*Caput II.*

**Pulsus**

40 THE. BOMB. DE VRIN. IVD.

Tartari	Globosus	Durus
Minere	Grossus	
	Constrictus	Subtilis
Pulsus quattuor virtutes habet	Obseurus	
	Sanitatis Aequalis	Medius
Morbi,	Tartaream	
habet des monstratio nes	Mineralem	Tartari Minere
	Caliditatis	
Extraneū	Frigiditatis	Secundum elementum
est duplex		

Annotationes in eundem Typum.



Artari in hoc pulsu non est desperandum in isto morbo. Nam extartare mineræ pulsus est subtilis, ita ut vix tangi possit, habet mollē percussio-

nem.

Signum pulsus mineralis est, cum superfunditur aqua frigida, & pulsus aliquantulum desistit. Estq; is pulsus optimus morbi, cum pulsus calidior est cute, verum ac certum signum morbi presentis, etiamsi secus medicus tangat. Aut cum pulsus caliditatem quandam dat, ad digitos tangentis sub tactu. Proba acutissima. vtrum morbus in sanguine quoque ita sit calidus: Madefiat petia sericea, in aqua præcipue rosata. Ponatur super pulsum, Quod

## LIBER SECUNDVS.

41

Quod simorbus ita est calidus, vides petiam multò citius siccatur sub pulsu quam alijs in locis, quamvis olim & primum petia bene exprimatur, tunc dabit *ein trucken strimen* sub pulsu factum & siccatur.

Item cum duorum digitorum substantiam post iuncturam pulsuum suppressimis, deinde etiam sic inferius in brachio, & pulsus cedit, signum morbi.

Sanitas, quæ non secundum tactum solum, verum secundum colorem quoque iudicanda.

Sivenæ pulsatiles sint bene coloratae, id est guttato signum boni & sani pulsus.

Quamprimum autem discolorantur, malum signum.

Item cum digitos omnes quattuor superposueris & suppressimis eum fortiter, & tamen tangit, sanguis est, nec calidior fit quam cutis est.

Iterum ad pulsum tartari.

Globulosus, id est *knoepfchig*. Cum in morbo acutofit mollis, signum resolutionis, tunc facienda est minutio. Cumque iterum fit grossus, tunc tenet rursus ad sanitatem.

Durus cum tangitur secundum longitudinem, & fit omnino durus in uno loco, in altero mollis, signum morbi *Chronici*.

Item cum arteriæ gros gehen in pulsu, daturque dum tactum ut globulosus *knoepfchige greiff*, signum tartari pulsus saniq; hominis, tamē sanguis tartari

F

qui

42 THE. BOMB. DE VRIN. IVD.  
qui minuitur fit sanguis grislich post minutionē.  
Grossus, id est soer grob tolpisch schlecht.  
Mineræ constrictus, cum cubitus ponitur in a-  
quam frigidam, & postea tamen nihil minutan-  
git, signum sanitatis. Item si definit, manente tamē  
colore. Verum si vtrumque perdidit, id est & pul-  
sum, & colorem, signum mortis.

Item cum ligatur post cubitum fortiter, & tan-  
gitur in duobus locis, & eundem pulsum dat, sani-  
tatis. Netandum quod omnes pulsus opus habet  
concordia ad inuicem, id est ut simul tangat, aut est  
ad mortem. Item cum tremulus aut saltans, item  
cum vides pulsum tangere & arteria saltant, in sa-  
no, bonum signum, in ægrotto fallax.

Notandum hoc quoque, cum pulsus ad mortem  
tendit, fortis est in temporibus, in collo debilior,  
laterum debilior plus, in manibus quoque magis  
debilis: in pedibus deinde lassior, & tunc præstio est  
mors.

„ Nam ex inferioribus homo moritur.  
*Ordo debilitationis pulsus cum tendit ad mortem.*

Temporum fortissimus.

Colli fortior.

Laterum fortis, tamen debilis.

Manuum debilior.

Pedum debilissimus, & mors.

In omnibus quæ ex gutta generatur apoplexijs,

quanto

## LIBER SECUNDVS.

43

quanto fortior fuerit pulsus & terigerit, tanto de-  
terior. Et in his colli notandus pulsus, qui si globu-  
losus sit, & tanguntur globuli, moriuntur. Quam  
diu autem glat hinghet bonum signum.

Item cum in collo tangit, est in manibus mors.

In Phrenesi, Epilepsia, Mania, id est pulsus, qui si  
in summo paroxismo finito nihilominus tangit,  
bonum signum, & salutis: si verò separatur, malū.

Item cum tangitur in phrenesi in collo, & ob-  
dormiunt ægroti, morbus est curabilis.

In morbis dissolutis, id est in Dysenteria, Diar-  
rhœa, fluxu ventris &c. quod si pulsus manet in eo-  
dē tactu, nec mutatur, & vnicum signū mortis ac-  
cesserit, iam actum est. Nam pulsus manet usq; ad  
mortem, & aliquando per unam quartam horæ  
partem post mortem. Nam morte nondum esse,  
sanguinis pulsus indicat.

Itidem in peste. Laterum pulsus est mulierum,  
quisiclementatus fuerit, id est calidus, aut frigidus,  
signum grauidæ. In doloribus matricis itidem in  
lateribus tangitur, nullibi aliter.

Pulsus elementatus caliditatis dat fortē per-  
cussionem, & velocem.

Et pulsus elementatus caliditatis, ignis abun-  
dantiam. Frigiditatis est tardus, sine caloris sensu.

Notandum hoc quoque, in caduco morbo ve-  
hementissimum esse & fortissimum pulsum.

F 2

Et

44 THE. BOMB. DE VRINA. IVD.  
Et ita hæc de pulsibus dicta sufficiant.

DE PHYSIONOMIA MEDICA.

Caput, seu typus ultimus.

Physionomia Medica ex sex membris con- sistit.	Oculis cum	Preputio	In profunditate de- scendit cum coloribus preci- osum orizco & lazurco,
	Vmbilico	Poris	
	Naribus cum	Tenamone	
	Auribus	Auribus	
	Vultu	Vultu	In Cerasinum colorem abit & asperitatem.
	Ore	Labijs	
	Vngibus	Vngibus	
	Dētibus cum	Capillis	In reverbérationem abit cum procoloratis radicibus.
	Frōto cum	Cute	In pallidum & ogram
		Pectore	media cum debilitate membrorum.
Buccellis	Thorace	Ventre	
	Musculis	Musculis	
	Lacertis	Lacertis	
	Monis	Monis	In acatias descendit cum coloribus coniunctis, si- ue commixtis.
	Mamillis	Mamillis	
	Genibus	Genibus	
	Rasteta	Rasteta	
In	Iuncturis	Iuncturis	

*In ultimum typum annotationes.*



Culorum, cum cadunt in profunditatem, id est *einfallen* signum mortis.

Nam morte veniente ex cerebro resoluitur in crystallinum liquorē, & est mors.

Lazurio. Notandum quod hi colores citius videntur, quam casus in profundo. Est autem Lazurius color is, quæ argentum dat cum resoluitur in primum & proprium colorem, id est *blawfarb*/ id est *lazur*, vt orizeus color, id est *goltbraun*.

Pori, cum cutis exasperatur, & cadit in profundum, id est *saltum*, signum mortis.

Tenasmone, cum anus cum vi exire vult, asperitate fit aspera & acuta.

Cerufinus color albus vt *cerusa*, signum mortis.

In reuerberationem so sie rauch werden/ vt si essent rasa, aut cum lima limata, quod sepius contingit. Si autem tribus hebdomadibus ante mortem,

signum mortis.

Cum decoloratis radicibus, vt *vngium*, *capillorum*, *plantarum*, *dentium*, quæ si decolorātur, quo cunque sunt colore, signum mortis.

Item si frons colorem alium recipit.

46 THE. BOMB. DE VRIN. IV.D.  
Capilli cum reuoluuntur, id est strubelt/signum  
mortis.

Ogrum, color corporis, id est leibfarb.

In acacia, id est rümyfing. Cōtractio, id est spammung.

Coloribus quo cum hæc membra sola sunt co-  
lorata, alia vicina, non descendunt vt plurimum in  
bleichrötte/ als braunrot oder rotfarb.

Monis arsback.

Summa omnium. In oculis attendēdum, an ca-  
dant in profunditatem nécne, quod si sit, iam de-  
sperata est, præcipue si pulsus quoque sit aduersus.  
Deinde cum nasus acuitur, & in acie fit albus, si-  
gnum mortis.

Ossi aperitur, id est greine vorcinander.

Dentes rarescunt, & longi fiunt.

Caro ginguarum nigrescit.

Cutis fit cinericei coloris, aut aschengelb.

Præcipua desperatio, aut cum tendit ad rubedi-  
nem, præcipue in facie & maxillis.

Aer, id est anhelitus, si fœret, aut omnia cum co-  
lore, signum mortis.

Loquela cum balbutire incipit, id est stammelt/pe-  
riculosum est, aut cum non potest integra verba  
effari, überwürft. Fumus anhelitus cum spiritu ex  
profundo trahunt, so sie den asthem tief heraus ziehen.

Libelli de Vrinarion iudicijs, & Pulsuum, &  
Phystonomiae Medicæ Th.

FINIS.

ERRATA, QVAE IRREP SERVNT,  
sic corrigantur.

Pagina 3. lin. 7. lege, contendant. 4. 3. deliniare. 5. 22. colore. 6. 22.  
10. quidam, quem admodum. 25. præbet, ita. 17. 20. acolitarum iudicijs.  
10. 2. fôlglich, 41. 25. d. anq<sub>23</sub>.

COLONIAE,  
*Typis Gerardi Virendunck.*

OCN 56708405

ТРЕТЬЯ ЗАЩИТА

Vercovalis

[www.collegehorizons.org](http://www.collegehorizons.org)

1250 REGISTRATION NO. 1250

COLONIALS